



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Caput 19. Circa Bellum, ac Duellum, quatenus sunt Charitati contraria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

DVBIUM LXIII.

Schismaticis penitentibus, & Ecclesiae reconciliatis tolliturne inhabilitas quam ad Ecclesiastica Beneficia habenda contra-

xerant?

368
Status qua-
sionis.

Tertiam Schismaticorum poenam esse vidimus inhabilitatem ad Beneficia Ecclesiastica in posterum habenda, cap. Quia diligentia, de elect. ubi Schismatico in Episcopum electo dispensatione confirmare permittitur. Non igitur valida erit electio ante dispensationem, uti Glof. & omnes. Dubium autem est, num penitentibus Schismaticis, & Ecclesiae reconciliatis haec inhabilitas tollatur?

369
Tollitur in-
habilitas
haec.

Tollitur profecto. Quia huiusmodi inhabilitas ex Schismate procedit: ergo illo sublato, cessat. Neque ob stare videtur Cap. Quia diligentia citatum, nam electio illius Schismatici in Episcopum forte fuit, durante Schismate, ideoque indigit dispensatione: qua non indigeret, si sublato Schismate, & Ecclesiae reconciliato, electio facta esset. Sic Decianus tractatu crimin. libro quinto, capite 54. numero 15. & 16. Conrad. Brunus tractat. de heretic. libr. 3. cap. 7. Borlat. consil. 14. numer. 34. Quintil. Mandos. in addit. ad Repertor. Inquisit. v. Abjuratio, tit. A. Farinac. plures referens, qu. 189. & 193. num. 66.

370
Nō tollitur.

Non tollitur. Quia cap. Quia diligentia, id videtur expresse praescribere. Glossa enim ibi manifeste asserit abiurato Schismate in Episcopum electum fuisse, & nihilominus indiguisse dispensatione: ergo signum est, inhabilem remansisse. Ita Azor. parte prima, libro octavo capite vigesimo, quaestione octava, aliterens, communi sensu hoc esse receptum. Sanchez libro secundo, Decalogi capite trigesimo sexto, numero decimo octavo. Bonacina disputatione tertia, quaestione quarta, de Charitate parte ultima, Paragrapho quinto, numero decimo. Pegna Direct. parte secunda, quaestione quadragesima octava, comm. 73. Suarius de Censur. disp. 43. section. 2. numer. 7. Farinac. pluribus relatis, quaestione 184. numero trigesimo sexto.

371
Hoc proba-
bilium, &
securius esse
veror.

Probabilius, & securius censeo, Schismaticum Ecclesiae reconciliatum adhuc inhabilem esse ad Ecclesiastica Beneficia, nisi per Pontificem, aut vices ipsius habentem fuerit dispensatus. Quia eius est solvere, cuius ligare fuit. Habet tamen Episcopus ex Tridentin. sess. 24. cap. 6. concedente casus occultos, potestatem ad dispensandum in quacumque inhabilitate ad Beneficia ex delicto occulto proveniente. Quare si delictum Schismatici occultum sit, poterit ab Episcopo Schismaticus ad unitatem Ecclesiae rediens habilis reddi. Si tamen Schisma publicum sit, asserit Abbas ad cap. 2. de Schismaticis. numer. 7. Decius ad cap. At si Clerici numero 124. & alij, posse Episcopum dispensare ad Beneficia omnia, praeter Episcopatum, & dignitatem exemptam, si scienter Ordinem a Schismaticis non receperint. Addo, esse pro-

babilem occultum Schismaticum, & Ecclesiae reconciliatum dispensatione non indigere. Quia poena inhabilitatis non cuilibet Schismatico videtur imposita, sed publico, & manifesto, qualis erat ille Episcopus relatus in Cap. Quia diligentia. Quare occultus, & maxime emendatus, & conuersus hanc poenam nullo modo contrahit, ut multis probat poenam de haeretico. Garcia part. 11. de Benefic. capite 10. numero 81. & specialiter de Schismatico numero 162.



CAPVT XIX:

Circa Bellum, ac Duellum, quatenus sunt Charitati contraria.

DVBIUM LXIV.

Potestne dari seclusa ignorantia iustus bellandi ex utraque parte titulus?



Dari potest. Quia saepe oppugnans, & oppugnatus non peccant bella gerendo eo, quod uterque probabiliter credit, sibi Regnum pertinere. Ergo ex parte utriusque iustus est titulus. An non oppugnans Civitatem, interficere potest innocentes, si alia via non potest illam subiugare: innocentesque possunt se ab oppugnatione defendere? Quis dubitet? Datur igitur titulus bellandi iustus ex utraque parte, iustumque bellum etiam nulla ignorantia intercedente. Sic nonnulli bonae notae Moderni.

Dari non potest per se, & seclusa ignorantia iustus titulus belli ex utraque parte circa eandem rem. Quia nulla virtus potest habere actus sibi contrarios, alias secum pugnaret, & bonum bono contradiceret. Ergo iustitia, quae tibi titulum iustum possidendi praebet, verbi gratia, Civitatem, & ibi existentes oppugnandi, non potest praebere iustum titulum oppugnatis tibi contradicendi.

Idem affirmo. Concedo enim, saepe oppugnantem, & oppugnatum non peccare, quia ex ignorantia invincibili iuris procedunt. Hoc tamen non probat ex utraque parte iustum dari titulum; sed ex una parte dari, & ex alia praesumi: rationeque illius praesumptionis potest ille actus ad iustitiam pertinere.

DVBIUM

DUBIUM LXIV.

Oblata ab adversario tibi sufficienti satisfactio-
ne, tenerisne à bello desistere, quo-
cumque tempore satisfactio
datur?

³⁷⁵ Si satisfactio sufficiens detur ante bellum
inceptum, teneris ab eo desistere, si offera-
tur tibi ab adversario sufficiens iniuriarum satisfac-
tio, & damna illata compenset. Quia tunc
bellum non est tibi necessarium, sed volunta-
rium, ac prout illicitum, sola enim necessita-
te potest assumi *cap. Noli, 2. qu. 1.* Si autem sa-
tisfactio post bellum inceptum offeratur, non
teneris eam acceptare, & à bello desistere.
Quia iam adversarii non sunt in statu satisfac-
iendi, sed satis patendi. Sic Caietan. *sum-
ma verb. Bellum. Sà verb. Bellum, nume-
ro nono.*

³⁷⁶ Quocumque tempore satisfactio plena ab
adversario offeratur, teneris à bello desistere, si
securè desistere possis. Quia bellum solum ne-
cessitate, non voluntate licite suscipitur, ut ait
Diu. Augustin. *Epistol. 207. ad Bonif. cum Co-
mitem* Sed cum debita satisfactio offeratur, cessa-
bit omnis bellandi necessitas: ergo contra iusti-
tiam delinques, si bellum prosequere. Ita Mo-
lina *disp. 103. vers. Belli causa.* Valent. 2. 2. d. 3.
quæst. 16. punct. 2. Coninch 2. 2. *disp. 31. dub. 2.*
numero 38. Suarius *disputatione 13. de Charita-
te, sectione septima, numero tertio.* & alij
apud ipsos.

³⁷⁷ Sententiam hanc, communem quidem eli-
go, aduertens tamen sub debita satisfactio-
ne comprehendi, ut non solum tibi reddantur
omnia illa, quæ tunc sunt: sed etiam solvantur
expensæ in bello factæ, & pericula, & molestiæ
quibus te, ac tuos exposuisti, & iniuriarum factarum
compensetur. Quia cum ad hæc omnia ius ha-
beas, omnia hæc compensari debent, priusquàm
à bello cessare tenearis. Insuperque petere po-
tes, quidquid in posterum tibi necessarium est,
ut secure viuas, & pacem obtineas; hic enim
est præcipuus belli scopus. Quæ omnia in ipso
conflictu, ac belli congressu ferè sunt impossi-
bilia: ideoque forte Caietan. dixit, tunc ad-
versarium potius esse in statu satis patien-
di, quam satisfaciendi; quia vix est possi-
bile offerre tunc satisfactio-
nem, quæ præ
angustia temporis tum sufficiens, tum secunda
iudicetur.

DUBIUM LXV.

An quando pars rebellis digna est morte ob in-
iuriam illatam sit obligatus Dux vi-
ctor aliam satisfactio-
nem ad-
mittere?

³⁷⁸ Pars rebellis ob iniurias illata digna est
morte, ita ut post partam victoriam absque
ullo periculo valeat victor eam perimere: petit
tamen veniam, & in quantum potest, sese illi
submittere, & iniuriam pecuniis, tributis, & alijs

eiusmodi compensat, ac pignora præbet, qui-
bus illum securum reddit à timore in poste-
rum similis iniuriarum. Quæserim, an victor Prin-
ceps teneatur hanc satisfactio-
nem acceptare, & à bello desistere: vel possit bellum pro-
ducere, quovisque pars nocens ei iugulanda
tradatur?

Obligatus non est, satisfactio-
nem admittere. Quia Princeps ille iniuria affectus factus
tunc est Iudex rebellium ob iniuriam acceptam
illisque vindex: sed Iudex non tenetur acce-
ptare satisfactio-
nem à delinquente oblatam,
sed pro delicti gravitate poenam illi infligere
potest, quæ sibi magis placuerit, modo iustitiæ
limites non excedat. Ergo sic dicendum est
in casu præsentis si spectato iuris rigore. Mo-
lina *tractatu secundo, disputatione 103. vers.*
Dubium est. Lorca 2. 2. *disputatione quadrage-
sima nona, numero sexto, & disputatione quin-
quagesima secunda, numero tertio, & disputa-
tione quinquagesima tertia, numero duodecimo,*
Bannes 2. 2. *quæstione quadagesima, articulo
primo, dubio secundo, conclusione quarta, Castro
Palao tomo primo, tractatu sexto, de Cha-
ritate, disputatione quinta, puncto tertio, nu-
mero 15.*

Obligatus est. Quia bellum contra non sub-
ditos iudici non potest ad iniuriam vindican-
dam, nisi quatenus iniuriato necessarium est,
vel ad honoris reparationem, vel ad futuram
securitatem, ut enim Diu. Augustin. relatus in
*cap. Noli, Bellum sine necessitate iudici non po-
test.* Alias obligati essent nocentes se ipsos tra-
dere iugulandos, neque possent vi resistere, ne-
que alius illos defendere. Ita Agil. Coninch
2. 2. *disputatione trigesima prima, dubio secun-
do, à numero vigesimo nono, & dubio septimo, à
numero 106.*

Primam sententiam longe probabiliorem
esse non dubito. Fundamentum enim Agidij
mei pugnat contra sententiam affirmantem,
bellum esse actum vindictivæ iustitiæ: quod
stare non potest, si iniuriarum vindicanda solum
essent, quatenus earum vindictio necessaria
est ad iuris læsi reparationem; quia tunc po-
tius commutativam, & legalem iustitiam,
quam vindictivam exerceas. Ut ergo firmum
sit, bellum esse iustitiæ vindictivæ actum, as-
sumo, bellantem non solum reparationem
sui honoris, & securitatem in futurum inten-
dere posse: sed etiam debitam poenam iniu-
riantibus infligere. Neque inde fit, teneri no-
centes se iugulandos tradere: sufficit enim si vi
& armis non resistant; quia ius vitam confer-
uandi utpote naturæ conforme alijs iuribus
præponderat.

DUBIUM LXVI.

Requiriturne moralis certitudo victo-
riæ, ut bellum possit
indici?

³⁸² Non potest iudici iuste bellum, si non ad-
sit moralis victoriæ certitudo. Quia tunc
temeritatis Princeps arguetur, & suis subditis
iniuriolos existet, eos ob exiguam utilitatē, &
incertam
quiritur.

379
Obligatus
non est, sa-
tisfactionē
accipere.

380
Est obliga-
tus.

381
Primam
sententiam
eligo, & ex-
pono.

382
Moralis
victoria cer-
titudine re-
quiritur.

incertam victoriam gravissimis periculis exponens. Sic Caietan. 2. 2. *questione nonagesima sexta, articulo quarto*. Coninch. 2. 2. *disp. 3. dub. 4. num. 73.*

383 *Non requiritur.* Indici potest iuste etiam si moralis victoriae certitudo non adsit. Quia solum probabilis spes victoriae potest damnis, quae ab adversariis timentur, praevalere. Et quia raro liceret Regi minus potenti bellum potentiori indicere, si moralis certitudo victoriae necessaria esset, cum haec à minus potenti fere nunquam haberi posset. Ita Castro Palao *tom. primo, tractatu sexto, disputatione quinta, puncto tertio, numero decimo septimo*, Suarez *disputation. 13, de Char. section. 4.*

384 *Auctoris resolutio.* Ego quidem existimo his haerens Doctoribus, omnia pensanda esse, & videndum, an spes victoriae praevaleat damnis, quae timentur. Nam si ipse praevaleat, tentari bellum potest, sin minus cessandum à bello, bello inquam aggressivo: secus à defensivo, hoc enim cum aliquali spe victoriae tentandum est; quia est necessitatis, non voluntatis. Ex quo fit, verum non esse, quod Caietanus affirmat, requiri moralem victoriae certitudinem, ut bellum possit indicere, cum solum probabilis spes valeat damnis, quae timentur, praevalere: & bono Republicae maxime expedire possit, ut inimici intelligent Principem non esse pusillanimum, ac timidum, sed forti animo, audacem, periculique contemnentem.

DUBIUM LXVII.

An innocentes possint licite redigi in servitutem: cum Respublica est hac poena digna?

385 *Questionis status.* Si Cio, licitum esse libertate priuare hostes, & in servitutem redigere, si rei naturam spectemus, quoties in recompensationem iniuriae factae, & in satisfactionem damnorum, quae victor passus est, fuerit necessarium. Si enim victor priuare vita hostes potest, à fortiori poterit libertate. Habetur §. *Item ea, quae ab hostibus Institut. de rerum diuis.* Ab hoc autem iure excipiuntur Christiani capti ab aliis Christianis & eorum filij, qui non possunt redigi in servitutem ob consuetudinem inter eos praescriptam: possunt tamen detineri aliquantulum, dum pecunia aliqua in praemium capientium conceditur. Suarez *disputatione decima tertia, de bello, sectione septima, numero decimo tertio*, Coninch. 2. 2. *disputatione trigesima prima, dubio septimo, numero 120.* Hoc tamen privilegium Christianorum Apostatarum non gaudet siue subditi sint bellantis, siue non. Quia quod in Filii dei favorem introductum est, non debet, iis prodelle, qui fidem abiurarunt. Valentia 2. 2. *disputatione tertia, questione decima sexta, puncto tertio*, Suarez *ibidem*. Dubito autem, an innocentes possint etiam in servitutem redigi, cum Respublica huiusmodi poena est digna?

386 *Non possunt.* Non possunt. Quia nemo innocens potest occidi directe à victore. Nulla enim causa legitima est eum intericendi, nam si aliqua

esse posset, maxime culpa totius Civitatis, sed haec esse non potest, quia licet ipse Civitatis sit pars, ab illa tamen culpa est immunis: ergo si à communi iugulatione innocens est immunis, etiam immunis erit à communi servitute, quae ex culpa procedit. Sic nonnulli, quos, praefatis nominibus memorat Castro Palao *tom. 1. tractat. 6. disputation. quint. punct. 4. numero decimo tertio.*

Possunt quidem, si iniuria Civitatis adversae hanc poenam mereatur. Quia libertas inter bona fortunae, quorum Respublica dominium habet computatur: Respublica enim illorum bonorum habet dominium, quorum eius subditi habent: sed quilibet subditus propriae libertatis dominio fruitur, illamque vendere urgentem necessitate potest. Ergo Respublica idem facere poterit. Ita Victor. *de iure belli, numero quadragesimo secundo*, Molina *tractat. 2. de iustit. d. 119. & 120.*

Cum his opinor. Nam pater, necessitate urgente, poterit filium libertate priuare, & creditor debitorem impotentem solvere, si ius positivum non obstat: ergo à fortiori poterit Respublica quemlibet civem, cum quilibet debeat satisfacere pro debito Reipublicae, utpote pars illius. Adde, receptissimum esse, tradi instantes obsides inimico nolenti aliter à bello desistere: qui quidem in arcem, & saepe in perpetuam servitutem reducuntur.

DUBIUM LXVIII.

An capti bello iusto, possint aufugere: eosque possit ad quilibet fugam iuvare?

Suppono, esse captos bello iusto; nam si iniusto capti fuissent, quales sunt omnes Christiani capti à Mauris, & Turcis: clarum est fugere posse. Quia iniuste detinentur, & laudabile opus charitatis esse, illos iuvare ad fugam, & à possidentibus iniustis eripere. Questio igitur est, an capti bello iusto, possint aufugere, eosque quilibet ad fugam iuvare.

Fugere non possunt, nec alij eos possunt ad fugiendum auxilium praestare, (quod si servus Christianus sit, & ab infideli domino fugiatur, obligatus est mittere pretium, non tamen redire ob periculum perversionis.) Quia servus pretio emptus fugere non potest; ergo nec bello captus. Et quia haec servitus est quaedam poena à Republica imposita iis, quibus forte poena mortis debebatur ob illam iniuriam: & ex pietate in hanc leniorem commutatur: ergo facta commutatione, & poena servitutis imposita, non licet damnatis fugere ab illa: alias cuilibet damnato ad triremes liceret ab ea poena aufugere. Sic Navarra *summa capite decimo septimo, numero 103. & 104.* & plures alij relati à Coninch, Valentia, ac Lessio mox citandis.

Capti bello iusto licite possunt ad suos aufugere, aut ad aliquam Civitatem amicam, ubi tuti sint. Quia §. *Item ea, quae ab hostibus Institut. sunt. de rerum diuis.* de servis bello captis dicitur: Si nostram potestatem evadant, & ad suos redeant.

aliorumque damnorum: crediderim ex propriis bonis illum esse obligatum satisfacere. Quia (vti iam innui) innocens, & qui pars non erat Reipublice offenditis, non tenebatur victori suo bona donare, vt ille proprium ius recuperaret. Non enim erat absolute, ac simpliciter pauper, & sufficiebat ea ei mutare: atque adeo ex tacito contractu mansit obligatus.

Eniudem sum mentis, doctrinam tamen lim-
mitans, vt procedat, modo seruus fidem non
dederit non fugiendi. Quia si dedit fidem hanc,
speciali fidelitatis titulo, & maxime si iuramen-
to firmasset, tenetur a fuga abstinere. vti relati
Valent. Lessi. & Couar. annotarunt.

D V B I V M LXX.

*An Monachi laici, & Clerici in mi-
noribus Ordinibus constituti prohibi-
ti sint propria manu di-
micare?*

An bona Ecclesie, & Ecclesiasticorum
innocentium occupentur licite à Prin-
pe, cum necessarium est ad finem bel-
li consequendum. Et an victoria par-
teatur iis satisfacere, licet ex occupa-
tione horum bonorum ditior factus non
fuerit;

Certum est, si bellum sit iustum, omnes in eo pugnare, adiuuareque posse nisi eis specialiter sit prohibitum. Porro Episcopis, Clericis, & Monachis interdictum est propria manu dimicare, vel exercitum ducere. *Cap. Eos qui 20. q. 3. Cap. Clerici, Cap. Quicumque ex Clericis, 13. q. 1. 8. Cap. Sententiam 59. de Clericis, vel Monachi. Quæstio autem est, an Monachi laici, & Clerici in minoribus Ordinibus constituti hac prohibitione rigorosa continentur?*

Prohibiti non sunt propria manu dicicare, 398
Quia consuetudine receptum est, hos Canones Non sunt
ad illos non extendi. Unde sicut laici possunt prohibiti
ad bella procedere. Sic Couar. ad Clement. Si dicicare.
furio/su, 2. num. 2. Bonac. d. 2. de resit, q. ultim.
punct. 1. 2. §. 4. Lorca 2. 1. sect. 3. disp. 5. num. 12.
Idem docet Suar. d. 13. de bello section. 3. num. 5.
modo Beneficium Ecclesiasticum non habeant
si enim habent, ratione Beneficij ad altiozem
Ordinem aspirare debent, aut saltem debent
impedimentum non apponere.

Sunt plane prohibiti. Quia de Monachis 399
etiam laicis habetur expresse in *Cap. Eos, qui* *Sunt probi-*
De Clericis, Cap. Clerici, Cap. quicumque ex Cle-
ricis. Nomine autem Clericorum etiam in mino-
ribus constituti intelliguntur. Et quidem Re-
ligiosi, & Clerici dicantur *Sunt* Deo servitè, à qua
professione secularis pugna multum reuocat.
Item Clerici Christi Domini sunt Ministri, ip-
sique representant, quolibet in Ordinum
munere, qui proprium sanguinem pro Aliorum
salute profudit. Ergo eis non licet effundere
alienum. Ita nonnulli bonæ notæ Moderni,
Molina, & Coninch, citandi.

Ego autem quæ didici à Molina tractatu 400
secundo, disputatione decima octava, & Co- Auctoris
ninch. 2.2 disputatione trigesima prima, dubio resolutio.

Non teneatur. Quia non apparet, ex quo capi-
pe ad restitutionem teneatur : non ratione
rei acceptæ, quæ non extat; nec ratione iniussæ
acceptationis, quæ nulla fuit ergo minime tene-
tur his satisfacere. Sic Molina d. 121. *conclus. 2.*
Bonacina disp. 2. d. de restit. *quæst. ultim. punct. 12.*
numero 19.

Teneatur omnino. Quia innocens, qui pars
non est Reipublicæ offensendus, non teneatur
victori donare sua bona, vt ille suum ius recu-
peret, & sicut non potest licite occidi, ita nec
bonis spoliarî. Ergo victor debet ei ablata bo-
na restituere. Ita Cast. Pal. tom. 1. ar. 6. d. 5. *pun. 4.*
num. 21. & alij.

Horum doctrinæ adherens, probabilius existimare videtur obligatum esse damna Ecclesiæ innoventibusque Ecclesiasticis restituere. In primis de bonis hostis, si aliqua sint, quia ille causa fuit iniusta horumque damnum: Dux vero illorum bona occupans eandem contrahit obligationem. Quod si bona hostis non accipit ad reparationem suæ iniuriæ sufficientia, *Euseb. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.*

P Suarj

Suarij, Magistri mei de Beneficiario in minoribus constituto asserendum existimo, peccare inquam, venialiter solum, sed grauius. Quia nullus textus specialiter de eo loquitur. Et quia Beneficium solummodo obligat, vt non apponat ille impedimentum ad officium illud exercendum casu, quo illud velit retinere.

DVBIVM LXXI.

Ad euitandam mortem, ad quam quis est condemnatus, licetne potest acceptare Duellum?

401
*De duello
plures re-
colo.*

Recolo, duellum esse illicitum, si nulla eius legitima causa inueniatur: tunc autem licitum esse sicut bellum, cum legitima aderit occasio. Certe ostentare vires, & voluptatem spectantibus causare, causa est insufficientis. Veritatem aliquam duello firmare, non solum est illicitum: sed & superstitiosum, vindictio propriæ iniuriæ per duellum est illicita. Defensio honoris proprii, quem videris amittere, si oblatum duellum respuas, non est censenda sufficiens causa illud honestandi: Verum si aliquis tibi minatur mortem, vel grauem iacturam honoris, vel diuitiarum, nisi duellum acceptes, acceptare illud potes, nisi cum aliquo innocente procuret, vt pugnes. Dubitarim vero, an ad euitandam mortem, ad quam quis est condemnatus, licet possit duellum acceptare? Verbi gratia, inique es accusatus, ac condemnatus, vel credis certo te esse condemnandum, & offertur tibi duellum ab accusatore, vel Iudice, si velis à condemnatione liberari acceptare idne potes?

402
*Potes duellum
acceptare.*

Potes quidem. Quia tibi licitum est eum occidere, qui tuam vitam, honorem, vel diuitias aggreditur, à cuius aggressionem ne quis alia via liberari: sed accusator ille iniquis testibus tuam vitam, honorem, & diuitias aggreditur: ergo potes illum duello perimere, cum non suppetat tibi alia via euadendi periculum. Sic Nauarra *summ. cap. 11. numer. 39. & cap. 15. num. 17.* Nauarra *lib. 2. de restit. cap. 3. num. 289.* Sanchez *lib. 2. Decal. cap. 39. num. 8.* Coninch. 2. 2. *disp. 32. dub. 2. numer. 17.* Molin. *tract. 3. disp. 17. numero 7.* Lessius *libro 2. capite 9. dubio 8. numero 47.*

403
Non potes.

Minime potes Iudex in præfato casu duellum tibi offerre, neque tu illud potes acceptare. Quia vel tu es condemnatione secundum allegata & probata dignus, vel non. Si dignus condemnatione es, etsi nullam tibi irroget iniuriam Iudex, vel Princeps, condemnationem debitam in duellum commutans, at grauem irrogat accusatori, quocum duellum inire debet: cum absq; causa legitima probata, illū manifeste vitæ periculo permittat exponi. Quod si accusator in illud periculum libere consentiat, esto ei Princeps vel Iudex iniuriolosus non sit, est tamen Reipublicæ, cuius gerit administrationem cum abique causa publica, & legitima sibi subditum periculo vitæ permittat exponi. Si autem dignus non es condemnatione, & nihilominus Iudex te vult condemnare, & lo-

co condemnationis duellum offert: adhuc non potes illud acceptare, nisi forte ille, quo duellum est in eundem, dignus condemnatione sit, & in duellum condemnatio eius committetur, vel te ipsum ille aggrediatur. Quia extra hos casus iniuste illum oppugnas, illumque perimere intendis ob tuæ vitæ conseruationem. Licet enim in aliquo casu tibi permissum sit, innocentem occidere, vt vitam conserues; debet esse casus, ex quo sequatur ea occisio per accidens ad tuam actionem: vt contingit, cum inimicum fugis, & in medio itinere est innocens constitutus, quem perimere debes, si cursum prosequaris. At acceptatio, vel indictio duelli per se inferunt occisionis periculum: Nequeunt ergo libere contra innocentem fieri. Ita Abul. 1. *Reg. 17. quæst. ultim.* Salon. 2. 2. *qu. 64. num. 3. controu. 3.* Suarius *de bello d. 13. sect. ultim. num. 5.* Palao *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 7. numero 12.*

Placet mihi sententia hæc, sed probabilius adhæreo primæ adiciens, non solum licitum esse acceptare duellum, vel illud indicare ad hanc iniuriam propulsandam: sed te posse occulte calumniatorem occidere, si alia via non suppetit periculum euadendi. Quia illa non est occisio, sed defensio. Nauarra, & Sanchez. Imo hi Doctores adiungunt, te obligatum esse non acceptare duellum, si calumniatorem secrete interimere potes. Quia sic te non exponis vitæ periculo, & ab alio tollis occasionem nouum committendi peccatum; duellum acceptando, vel offerendo.

CAPVT XX.

Circa scandalum Charitati contrarium.

DVBIVM LXXII.

An ad rationem scandali sit necessarium esse proximo ruinæ spiritualis, seu peccati occasionem?



Non est scandalum nisi ruina spiritualis proximi succedat, vel si scandalum meatur probabiliter succedura. Quia scandalum actiuum, quod proprie est Scandalum, definitur sic: Est ovis minus velum præbens proximo occasionem ruinæ. D. Tho. ab omnibus receptus 1. 2. *q. 43. a. 1.* Ergo quando proximo ruinæ occasio non exhibetur, scandalum non est. Ex quo fit, plures coram alijs peccantes à peccato scandalum excusari, vel quia videntes ita sunt in bono stabiles, vt nullatenus peccatis visis, censeantur ad peccatum moueri: vel ita sunt deperdit, vt peccatum aliorum nihil illos immutet. Sic Nauarra *summ. cap. 6. num. 19.* Sanchez *lib. 1. Decalogi capite sexto, numero septimo.* addit. Si ex